

SENATVS

ET

CONSVLTATIO

*Sacerdotum quorundam super Man-
dato praesulis facto, ut concubi-
nas habitas abigant & post-
hac nullas alant.*

SENATUS
AD LECTOREM

*Si placet obductas in vultu expende-
rerugas*

Et lepidis potius te recreare socis

*Hæc lege sacrificos cernes e pectore
totos*

*Castaque quam fuerit, gens sacra
menti diu.*

*senatus & Consultatio Sacerdotum
quorundam super Mandato præ-
sulis facto, ut concubinas habi-
tas abigant & post hac nul-
las alant.*

CLerus & præbyteri nuper confedere
Tristes in capitulo simul & dixere
Nostras vult ancillulas præsul remove
Quid debemus super hoc ergo respondere.

Questio proposita rite ventilatur,
Decanus in collegio primus sic præfatur.
Fratres, nobis omnibus Pontifex minatur.
Postque minas metuo ne pœna sequatur
Cum igitur propter famulas sumus aggravati
Videamus providi, quo simus parati
Ad mandatum præsulis nostri aut legati,
Respondere fortiter, vel sumus damnati,

Incipit capituli Doctor & prælatus.
In jure Canonico bene vir fundatus.
Gravis hic est Domini quæstionis status
Remove famulas vetus est tractatus

Non humana dirimit lex & prælatura
Quod Inter se fragiles copulat naturæ
Vitæ nostræ regula nimium est dura.
Sola vita Angelica potest esse pura

Hinc est gradu senior tremulus sic fatus
Ego credo Domini quod sum fascinatus.

Quod si meam famulam tollere vult prælatus
Continere valeo, nec ero iratus

Hoc cantor arripiens sonat cum clamore

Quod non est supponere vestro in valore

Vultis ergo Iuvenes privare hoc vigore

Confusus est senior magno cum rubore.

Ergo sic sententiam capit emendare

Nolo Cantor famulas clerum abjurare

Modicum ob Laicos placet occultare

Vt possimus præsulis Iussis obviare.

Ait Cellarius potest hoc transire

Me regit una bestia sinerem salire

Sed non vult Monocula meretrix abire

Cum seniore alias cuperem cambire.

Tunc in Consistorio omnes corrifere.

Et noster cellarius non est stultus vere

Quid procute pessima, quam nequit implere

Senioris lepidam cogitat habere.

Iucrepat Scholasticus pulchras removere

Non est ridiculum dico vobis vere.

Si vult noster Dominus, potest prohibere

Sed ego per animam nolo Continere.

Hinc structuarius longa cum structura

Homo inquit fragilis ut est creatura

Nequit absque fœmina esse atque cura

Scio mihi minime fallit hæc scriptura.

Ultimus Canonicus sic argumentatur.

Vix ad impossibile nullus obligatur.

Clero pudicitia scitis quod non datur.

Retinere famulas ergo concludatur.

Venit ad præbyteros ordo circularis

Primus in urbe fuit, olim curialis
Atque in jure Canonum tritus & volatis,
Hujus allegatio ergo erat talis.

Credo quod hanc domini nostis clementinam
Omnis debet clericus habere concubinam,
Hoc dixit qui coronam gestat auro trinam,
Hanc retinere clerum dedit disciplinam,
Surgens unus Presbyter turba de totali
Quem tangebatur species generalis mali,
Unam dixit teneo amore legali,
Quam nolo remittete pro lege tali.

Loquitur vicarius ordine secundus
Qui natura minime vir fuit facundus
Sermo meus erit brevis & rotundus
Non ego possum vivere sine coguamundus.

Tertius hic rettulit loquens ad conventum
Ego quondam habui concubinas Centum,
En nunc unam teneo carnis complementum
Quam nolo dimittere Auri ab talentum.

Quartus ait præsbyter animo irato
Vah, quid est loquendum de nostro prælato
Vult quod meam deseram pro suo mandato
Egenunque deseram etiam prædeo beato.

Inde quintus ordine respondebat ita
Ista nota frivola sunt jam satis trita
Per reginam gloriæ, quæ est cælo sita,
Meam nunquam deseram in præsentem vita.

Sextus hinc vicarius loquendo sic è fatus
Quid de mea facere cogua vult prælatus,
Quod si cum concubina fuero damnatus,
Ego tantum proprios poetabo reatus.

Septimus sacrificus nequibat facere.
Non opus est, dicens, hoc nobis timere
Qui nos ab uxoribus jubet abstinere
Debet in redditibus plura providere.

Octavi præsbiteri vox est sic formata
Eia mea fæmina fuit decorata
Vt retroesus habeat membra deaurata.
Et à me sic tanto magis est amata

Nonus ait veterem non dimitto amorem
Dedit mihi calidum natura Cruorem
Oportet ergo vivere carnis per labore in
Nolo propter animam linquere uxorem

Decimus huic Senior locutus modesti
Quod ante se sumpserat in corde moleste
Si fateri debeo rerum manifesti
Nullus potest vivere clericus honesti
Adhæc est undecimus præsbiter erectus
Artibus rethoricis plenus & perfectus
Nunquam sine socia erit meus lectus
Donec me decrepitem fecerit senectus.

Clamat duodecimus magno cum clamore
Non me terret pontifex minis & pavore
Sed ego nummos præbeam pro dei amore.
Vt in pace maneam chara cum uxore.

Protulit tredecimus cognas repentinas
Nolumus remittere propter breves minas
Fideles in omnibus nobis concubinas
Quæ mane suo pectore pulsant matutinas

Inde quartus decimus unus capellanus.
Disputando irritas protendebat manus.
Actus è in utilis frivolis & vanus

Qui non amat famulam non è mente sanus
Dixit quintus Decimus quando bibi vina
Et me somnus recipit hora vespertina
Tunc ut mecum dormiat volo concubina
Ne mihi deficiat carnis medicina,

Doctus decimus Septimus in Philosophia:
Omne habet, dixit quare suum quia
Si mihi una famula tollitur de vita.
Extra volo alere pulchra scorta tria

Septimus è decimus pauper commendista
Pectore de toto prorsus dixit ista
Ego non sum domini dives aut sophista
Nam non possum alere famulam è cista.

Decimus octavus ventre valde crassus.
Omnibus in medio dixit verum fassus
Certe meus socius fuit diu lassus.
Propter pudicitiam non sum multa passus.

Nonus ait decimus, dicam sic sub rosa
Totus hic ad literam, textus è cum glossa
Iussa nostri præfulis hæc religiosæ.
Non erit uxoribus civium damnosa.

Addidit alterius, satis memor horum
Si vitare vult præful specialem thorum
Totum cernet postea mox adulterorum.

Ne quid dicam gravius, plenum esse chorum.
Hinc est vox trigesimi prece terminata.
sancta virgo maria nostra advocata
Iura nos ne lex profulis sit diurata,
Est tibi devotio famulorum grata.

Sic conclusit Monachus tandem prædicator
Quis scit an hoc jubeat hominum Creator.

Vt sacerdos desinit proſis eſſe ſator
Et humani generis per hoc conſervator
Lacharias habuit prolem & uxorem
Quæ Iohannem genuit filium majorem
Baptizantem ſotius mundi redemptorem
Non credo pereat propter iſtum morem.

David rex ſanctiſſimus frigidus ſenectate
Luſit cum juvencula quæ fuit electa
Quæ res in propheta non fuit ſuſpecta.
Nobis peccatoribus poteſt eſſe recta.

Dedit enim Dominus maledictionem
Viro qui non fecerit generationem.
Ergo cunctis conſulo per hanc rationem
Generent ut habeant benedictionem
Canis ſemel rapiens carnem ad macellum
A furco non abſtinet, neſtimet cultellum
Sic nocturnum clericus futus ad duellum
Nunquæ timet præſulis minas nec flagellum.

Coram toto curia papa declaravit.
Sacerdotem qui hic & hoc declinavit,
Omneſque qui non generat excommunicavit
Ex ſore, filium ipſe procreavit.

Quod papa conceſſit quis poteſt vitare
Cuncta poteſt ſolvere ſolus & ligare
Laborare ruſticos, milites pugnare.
Iuſſit & procipue clericos amare.

Habeatis Clerici duas concubinas
Monachi proſbyteri, totidem vel trinas
Decani Canonici quatuor vel quinas
Et tandem Implebitis ſic leges divinas.